



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

XII. Obitus Leonoræ vxoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

CAPVT XII.

Obitus Leonora vxoris.

PARENTE optimo orbatus FRANCICVS, post non diu coniuge etiam viduatus luxit. Qua quidem fidissima socia plures annos vsus est; non solum tori, verum etiam piarum omnium exercitationum. Erat enim matrona singulari in DEVM pietate, & in egenos caritate. Et, tametsi dissimili ingenio fuisset, mariti tamen domestico exemplo frangi potuisset. Interrogata aliquando à nobilissima femina, cur simplici adeo, pæneque attrita veste, nulla dignitatis habita ratione, vteretur: *Mene, inquit, byssinis, sericis, aut purpureis indui vis, cum dominum meum (sic enim virum appellabat) cilicium gestare sciam?* Cum igitur annos ipsos duodeuiginti,

uiginti, sine querela, simul vi-
xisset, prior illa, diuturno mor-
bo confecta, tandem decessit.
Lento nimirum dolore expiari
crimina, si quæ forte contraxis-
set, voluit DEVS. Afflixit igitur
& ille casus FRANCISCI, quam-
uis constantem, animum: quod
altera sui parte spoliari se vide-
ret, liberorum matre, & dolo-
rum, curarumque socia. Ægro-
tante illa orare frequentius,
piorum etiam hominum preci-
bus adhibitis, elemosynis, at-
que ieiuniis. Solus aliquando
conclauē, remotis arbitris, in-
gressus, obnixè, lacrynis fuis,
obtestabatur DEVM, saluam cō-
iugem, superstitemque vellet:
cum ecce tibi vocem quandam
interiorem clare audire visus
est, vā post ipse retulit, quæ di-
ceret: *Vxorem si diutius superesse*
vis,

vis, arbitratu tuo fiat: at tibi non expedit. Quare turba us, minime dubitavit DEI vocem esse. Parendum itaq; tacite enim redargui, quod, quid peteret, ignoraret. Rursus vero in lacrymas iit, hisce admistis vocibus: Domine DEVS, vnde hoc mihi, vt arbitratui committas meo, quod in tua solius est potestate? Mea permagni refert, tuam sequi in omnibus voluntatem. Quis enim te nouit rectius, quid è re mea sit? tua itaq; voluntas fiat: nec de vxore solum, sed de liberis etiam, statuas supplex oro. Obseruatũ, coniugis morbum statum quendam tunc tenuisse, vt dubitarèt medici, meliuscule ne, an deterius haberet; post has vero preces ad desperationẽ laborare cœpisse. Animam agenti ad cernical adfuit, & diuinis alloquiis consumauit: mortẽ forti animo,

80 DE VITA FRAN. BORG.

animo, DEI misericordiae innixa, obiret. Illa vero CHRISTI de cruce pendentis imagine pie amplexa, animam salutis auctori, ipsi plena, reddidit, ante diem vj. Kal. Aprilis, anno redempti orbis clo. lo. quadragesimo sexto.

CAPVT XIII.

*Gandiae Societatis IESV Collegium,
Academiamque constituit.*

MORTVA Leonora, Gandiam commodum venerat Petrus Faber, Allobrox, qui primus se ad Ignatij Loyolae societatem Lutetiae Parisiorum applicuit. Hunc ex Hispania Paulus III. Pont. Max. euocandum curarat, vt in Theologorum sedis Pontificiae numero, Tridentino Concilio, Catholicae fidei causam, aduersus re-
cens